



**R.D. Iacobi Marchantii, Pastoris Et Decani Covviniensis  
SS. Theolog. Professoris, Rationale Evangelizantivm**

**Marchantius, Jacobus**

**Coloniae Agrippinae, 1661**

Eadem Dom. Lect. 15, bipart. De Judæorum calamitate & dispersione, quam etiam hic deplorat Dominus. Videns civitatem flevit, &c. 1, pars declarat, quantum sit odium Judæorum in Christum adhuc modò. ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56372)

demoliri nituntur, infidelitatem cum desperatione persuadentes, ut sic nullus lapis sacri edificii in anima permaneat. Et cur hæc omnia permittit Deus, nisi quia non cognovit infelix homo tempus visitationis suæ, tempus gratiæ sibi oblatae ad restitutionem suam, tempus misericordiæ ad vitam, tempus pacis, & reconciliationis ad iram avertendam? O verè angustia inexplicabiles ingrati & infelicis peccatoris, qui tempus repudiavit divinæ visitationis! O infelicitas, & cæcitas, digna lacrimis Filii Dei & Salvatoris nostri!

Ne inmemores nostri, inmemoresque monti divini, in hæc deplorandam infelicitatem decidamus. etiam usque in hodiernum diem reliquias lacrimarum quas pro peccatoribus effudit Christus Dominus in Ecclesiâ ad servari voluit, tanquam suæ pietatis sacratissimum monumentum, & contra pereuntes animas acerbam amarumque testimonium. Non enim in uno solum loco, sed in variis eas pretiosè conservari sacris est traditum historiis. Unde inter sanctas reliquias celeberrimi Monasterii S. Laurentii juxta Ledium sic legitur: *Lacrima Christi Salvatoris, quam Honorius tertius Eugenii Patris apertè Episcopo Ledien[sis] Judario excepit, dedit Anno 1216. Hugo autem Otoni ad Dium Laurentium Abbatem, individuo suo Comiti servandam reliquit. Sic & in Vendocimensi Cenobio asseritur servari quædam lacrima Christi, capite Joanne Baptistâ Signio in Reliquiario capite r. item in Arclesia in vicu Vagacensi inter Bethuniâ & Liferium ostenditur una ex Christi lacrimis, ad quam venerationis causa multi è longinquis partibus conflunt, ut vel solo tanti pignoris intuitu & sacrosancto tactu oculorum firmitatem, & contra eorundem acres dolores levamen à Christo consequantur. Unde & vicus in tanti pignoris honorem nunc *sancta lacrima* nuncupatur.*

**Conclusio.** Domine, qui dignatus es non solum super Jerusalem, sed etiam super nos flere, & super nostra ingratitude & excitate; aperire digneris nobis oculos, ut tuas lacrimas cum affectu consideremus tantâ pietate manantes. Aperi oculos nostros, ut futuras calamitates cum timore sancto advertamus, & dum adhuc tempus est advertamus. Aperi nobis oculos, ne de illorum numero inveniamur, qui clausis oculis ad ignem tendunt, & postmodum illos sed serâ & intruduo in tormentis aperiunt. Aperi oculos nostros, & lumen infunde ac lacrimas, lumen quo intueri valeamus peccata nostra, lacrimas quibus ea desicemus & eluamus; sicque quæramus non quæ ad pacem spectant mundanam & ad sæculi prosperitatem, sed quæ ad pacem æternam, ubi ab herges lacrimas ab oculis Sanctorum tuorum, & jam non erit amplius neque luctus, neque dolor, quoniam priora transierunt; quando jam non erit amplius peccatum vel peccati occasio.

*Rational, Evang.*

aut calamitatis timor, sed pax regnabit perennis in Jerusalem in visione pacis.

EADEM DOMINICA.

*Videns Civitatem flevit super illam, dicens; Si cognovisses & tu, &c.*

*Leor. 15. bipartit.*

Iudæorum alicui parti profecerunt Christi Domini lacrima, tum hic, tum in cruce profusa, quando fundens sanguinem simulque lacrimas, Patrem orabat pro suis persecutoribus & crucifixoribus. Nam propter Christi lacrimas & preces nonnulli reversi sunt percutientes peccatorum sua, agnoscentes eum Filium Dei. Ac propter eandem, Petro in die Pentecostes in penitentiam eis annuncians, mox tria millia, ac subsequente die quinque millia fidem susceperunt & gratiam. Hi fuerunt semen electum, de quo dicitur: *Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissetis, & quasi Gomorraha similes essemus.* Non ergo Dominus ex toto gentem suam reprobavit, sed seminis electi partem ex Israël deprompsit. Major tamen pars Israëlitarum ad lucem Evangelii & fidei oculos clausit, unde eis nihil profecerunt Christi preces & lacrima. Quocirca etiam hos desolebant Apostoli, de quibus dicitur: *Angeli pacis amare subant.* Hoc est Apostoli qui destinati erant tamquam Pacis Angeli, sive Legati & Nuntii salutis, præ compassione flebant super cæcitate populi Israëlitiæ pacem istam atque salutem rejectantis, & instar vespertilionum ac nocturnarum lucem radiantem repudiantis & odientis; ideoque ad Gentilem populum, relicto Israël in caliginosa nocte, progredientes, *Euntes ibant & flebant miterentes semina sua.*

**PARS I.**  
*Quantum sit odium Iudæorum adhuc in Christum*  
*Act. 1. & 4.*

*Isai. 1.*

*Isai. 33.*

*Psal. 125.*

Atque etiam modo digni sunt lacrimis Judæi, quia in illo odio quod semel adversus Christum à se crucifixum conceperant, etiam usque nunc contumaci furore perseverant. Statim enim à morte ejus cum in membris suis persecuti sunt, Apostolos & discipulos infestantes, Petrum & Joannem flagellantes, Jacobum Majorem gladio percutientes, Jacobum Minorem è templo præcipitantes & euentes, Paulum & Stephanum lapidantes. Quod si eis adhuc facultas daretur, rursus ipsum Christum & ejus mystica membra, hoc est fideles, crucifigerent, unde non mirum si sanguis Jesu usque modo ab eis exquiritur. Neque id ex conjectura dicimus, sed plurimis historiis per varias sæculorum revolutiones facile possumus comprobare.

*Iudæorum odium in Christum à completa docetur.*

Notum est de Simone puero Christiano ab eis crudelissimè crucifixo, de quo Socrates. *In loco, in Lib. 16. quit, inter Chaledonem & Anriachiam Judæi Judæica Hist. Eccl. quadam pro more suo celebrantes temulentia obrepit, cap. 16. Christum irridendi gratia & Christianos qui super Christo crucifixo quot annis plangunt, puerum quendam Christianum interceperunt, quem quidem cruci alligarunt.*

*Nann aliquam.*



aliquamdiu subsannabant, ne postmodum eam diu verberarent donec inermes erent. Ob eam causam gravis inter eos & Christianos conflictus ortus est, & ab imperatore scriptum fuit Provinciae Praefectis, ut auctores facinoris inquirerent & punirent; sic in eodem loco poenas dederunt.

Notum est secundo de Wernero puero, de quo Surius 9. Aprilis. Hic ex pago Wammenarato, qui à Baccarato unius diei itinere abest ortus est stirpe quidem rustica, sed cultu sanè nobili, religione Christianus, & puritate virginèa ornatus Matrem habuit pietati deditam, sed vitricum, tum matrem, cum ipsum persequentem. Cujus ille infestum sibianimum devians, fugam inivit; & veniens inde Trevericam Vesaliam à perfidis Judæis ibi commorantibus calide sepe ad laborem vocatus est. Ille verò promptu se exhibens puerili simplicitate, iussus est ab illis humum deportare in profundum quandam terræ locum. Adventante autem Paschæ solemnitate sepe monitus est ab hospita sua, ut ab impiis Judæis sibi caveret. alias procul dubio ab illis laniandus & devorandus. Respondit puer, ego me omniaque mea Deo committo, cui cura est de nobis. Adventante interim Dominicæ cœnæ die puer devotus confessione præmissa sacram communionem magnâ pietate percepit. Eodem verò die à Judæis infidiosè invitatus est: ac deinde sacro Parasceves die quando Christiani passionem Christi cum pietate commemorant, in innocentem puerum animi sui furor emersit, & odium in Christum ostenderunt. Imprimis eum omni clamandi facultate privarunt impresso in os globo plumbeo, inde suspenderunt ad columnam ligneam sursum, erectis pedibus, capite deorsum pendente, ut corpus Christi eo die sumptum ex ejus corpore educere possent. Sed eum id frustra conati essent, totos se contulerunt ad membrum Christi atrocissimè excarnificandum. Ac flagellis multa & profunda ei impressere vulnera, atque etiam cultro quodam, qui hodie apud ejus reliquias adservatur, totius corporis venas barbarica immanitate inciderunt, forficibusque ex omnibus corporis partibus sanguinem expresserunt, corpusque totum vulneribus concisum triduo suspensum reliquerunt.

Habebant autem Judæi illi famulam Christianam, quæ clam hac visâ nefaria crudelitate Judicem Vesaliensem accivit, & in locum introduxit ubi sic puer tractatus erat. Obstupescentes Judæi ad ejus adventum inopinatum, statim muneribus magnis eum ab officio obduxerunt, sicque puer à Judæis interfectus fuit. Atque ut facinus adeò nefarium silentio regeretur, corpus clam per muros tractum ad nares Moguntiam ituras detulerunt. Sed omnipotens Deus elusit eorum conatus navem totâ nocte errandam ne uno quidem miliari ab urbe recedere permisit. Orto inde solerti more & tremore correpti anxie inter se consilia ceperunt, quomodo corpus Martyris absconderent.

Tandem conspiciunt propè Baccaracum cryptam vepribus obstitam: ubi nunc conditum cernitur Willelmitarum Cœnobium: in eam ergo cryptam illud projecerunt, sed variis miraculis Deus postea illud manifestavit, quæ tunc prosequitur Surius.

Notum est tertio ex Thoma Cantiprato de Apibus lib. 2. cap. 29. Anno 1271. in villa Teutoniz Pfortzheim, quod anas quædam inveterata malorum puellam septennem orbem parentibus vendiderit Judæis: Hanc igitur in secreto super pluga paria lateamini obstruxit ejus ore, ad singulos ferè membrorum articulos incidendum, & sanguinem diligenter exprimentes in ipsis lateaminibus receperunt. Postmodum ex angue corpusculum juxta oppidum in profluentem projiciunt, lapidumque congerie obruunt. Verum tertio exinde die manas ad caelum erectæ indicio à piscatoribus inventum in oppidum inferitur. Horret populus, & à Judæis id perpetratum inclamat. Erat in vicina Marchio Badensis, qui re cognita ad triste spectaculum adventit, statimque ipsum corpus erectum in pedes tendit ad Principis manus, sive vindictam, sive misericordiam implorans, & post horæ dimidiæ sparium iterum se defuncti more supinum deponit. Adductis igitur impiis Judæis, statim in testimonium horrendæ necis omnia corporis vulnera copiosum sanguinem effuderunt: ex quibusdam autem indicibus fuit capta verba & convicta, maxime quod eam filia ejus parvula prodidit. Itaque Judæi sceleris machinatores cum ane nefaria in crucem astiti sunt & suspensi, duo etiam se mutuo jugularunt.

Notum est quarto id quod in civitate Tridentina accidit Anno Domini 1473. 24. Martii quod conscripsit Joannes Matthias Tiberinus medicus, his verbis. Joannes Tiberinus Senatui Populoque Brixiano salutem. Rem miram qualem à Passione Domini adhuc usque tempora nulla æras audivit, ad vos scribo. Crudeles Judæi non solum res Christianorum rabiosa usurarum fame consumunt, sed in capita nostra perniciemque conjurati, filiorum nostrorum vivo sanguine pascuntur. Nuper in civitate Tridentina tres familie Judæorum confidebant, quorum capita fuerunt Tobias, Angelus, Samuel: hi in sancta hebdomade die Martis 12. Calend. April. Anno 1473. convenierunt in domum Samuelis, ubi eorum erat Synagoga & templum; dum autem inter se varia conferrent, Angelus ex corde rabido hanc vocem effudit: In ista Parasceve, & carnes & pisces nobis abunde sunt, unum tantum deficit, Cui Samuel; Et quid tibi deficit? Tunc conjectis oculis ad invicem taciti intellexerunt quod de Christiano infante immolando loqueretur, quem in contemptum Domini nostri Jesu Christi madent atrociter, & exhausto sanguine vestentes in azimis suis à factore quo graviter olent, Christiano se sanguine præservant, huncque suum appellat



Jabel, sive Bilzium, Die autem Jovis omnes in Synagoga congregati Tobias dixerunt: Nemo nostris votis satisfacere potest præter te, quia quotidie cum Christianis veritas familiariter: cumque ipse se excusaret, minatur se ei perpetuo interdichuros Synagoga, nisi pareat. Tobias videns in se omnes conspirasse, præmiumque sibi propositum esse, cæca auri cupidine captus promittit se rem aggressurum, dicitque Samueli: Nulla clavis potest tui claudantur, ut si mihi quisquam oportune obtigerit, intro possim leviter illum impellere. Transactis autem vespertis egressus cepit totam viciniam solus obambulare. Postquam verò locum illum attigit quem Fostatium vocant incolæ, insigam puerum ante fores Patris super ligno sedentem conspexit nomine Simonem nondum 9. menses natum. Accedens lustrat si forte nemo in puerum advertat, blandisque infanti digitum porrigit; mox itaque sequitur puer ductantem. Cum verò parentes domum pertransissent, puerque vagitus & lacrimas ederet, & argenteum ei denarium porrigens cum blanditiis, tandem in domum Samuelis introducit, qui velat tygris siciebat, & expectabat sanguinem Christianum. Tandem dies cum nocte conjungitur variisque donariis, & blanditiis demulcetur puer, ne clamorem edat. Interea mater ut eum abesse vidit, una cum marito totam urbem explorat. Multi apud Judæos requirendum esse asserunt, feceruntque, nisi ob denas no&is tenebras domum seles recipere coacti fuissent.

Silentium nox indixerat, quando Moyses cum reliquis atrocissimis Judæis ingressus est vestibulum Synagoga foribus adjunctum, ibique in scamno iuxta caminum residens puerum suis genibus excepit. Porro circumfusi omnes vestem ei usque ad umbilicum, & cubitos versò ordine detraherunt, colligentesque fluentem tunicam succinxerunt lateri: ita ut à femore usque ad talos detrahitis calgis nudaretur. Et apprehendens sudarium Samuel quod ejus pendeat à cingulo, & collo pueri circumvolvens comprimebat clamorem. Tunc producto Moyses cultro, summum virgæ peritoravit infantis, correptaque forfice cepit maxillam dexteram dilaniare, & particulam carnis abscissam in craterem reposuit. Colligebant adstantes sanguinem, & alterne forfice porrectâ quilibet sibi fructulum vivæ carnis excindebat. Hoc peracto Moyses dexteram tibiam confestim elevans, infanti eodem ferro cepit coavellere exteriorem partem quæ inter cavillam & cruris musculum interjacet; & forfice carnem vivam vivo cum sanguine lacerare. Postmodum brachia ejus inftar crucifixi extendentes ceperunt lacrum corpus duris acubus transfodere, dicentes: *Sicut Jesum Deum Christianorum trucidemus ipsum, ut inimici nostri confundantur in æternum.* Jam plusquam per horam miserandus puer in hoc horribili perdaratur supplicio, tandemque atrolles oculos in

cælum superos videbat ad vocare in testes, & fatigatam cervicem mox demittens emisit Spiritum. Tunc Judæi manus elevantes in cælum, Deo gratias egerunt, quod de Christianis vindictam simul & sacrificium obtulissent, plausumque & lætitiâ maximam ostenderunt. Cum verò jam ad cœnam descendere oporteret, præcepit Samuel ut sub cadis vinarius corpus occulcerent: timebant enim proclamationes Antistitis, & furorem populi, ne ad torturam raperentur. Altero die quærat dies Veneris Passioni facer parentes infantie (restitit in urbem labentibus fluvis) una cum cohorte Prætoris infantem ubique quærentes, non invennerunt. Die autem Sabbathi convenientes Judæi in Synagoga, cadaver super Almomor (sic vocant mensam ubi Psalmos, Hymnosque decantant) extenderunt, & perfecta oratione rursus in priorem locum restituerunt. Tertio die in quo Pâscha celebrant Christiani, ut præfatus est Judæi omnium oculos in se esse incatos, in hoc consilio dixerunt: Projiciamus illud vestitum in flumen quod nostra subterfluit domo, & cantes ad Antistitem dicamus illud in domum nostram ab aqua deductum, & crure ferrea detentum non potuisse una cum flumine delabi. Placuit sententia, & ad Antistitem res sic relata est. Ipse autem Prætorum & Præfectum Tridentinæ accersens accedit locum ubi jacebat puer, extractum autem annotatis diligenter vulneribus in Basilica S. Petri collocavit, ubi maximâ languentium confluentem frequentia, multis in dies fulger miraculis. Ob hoc interim scelus Judæi cæcitas fuerit confecti, & debitas luerunt pœnas.

Norum est postremo, quomodo anno Domini 1510. Judæi aliquot ob Venerabilem Eucharistiam indignè tractatam comprehensi in Marchionate Brandenburgensi, facti sunt intra aliquot annos Christianorum infantes septem trucidasse, & acubus eneasse. Testis est Fontanus rerum memorabilium lib. 1.

Sic quando in pueros sævire nequeat, in ipsam Eucharistiam, ubi Christum Jesum crucifixum adoramus, sævire solent cum protervia & atrocitate. Cujus rei aliquot historias admirabiles recensimus, cum de Sacramento Eucharistia in Candelabro nostro mystico tractavimus. Atque unum exemplum pro mille notissimum est & celeberrimum, quod in Urbe prænobili Bruxellana gestum est. Cujus memoria quorundam rememorat cum solemnitate perillustri, confluentibus undique populis: de qua re ibidem dixi. Sic notissimum est odium pervicax & protervum Judæorum in Christum Dominum, quod fuit, etiam hodie in Evangelio lacrimis deplorare cœntur ipse, cujus perspicax oculus omnia futura providebat.

**S**ed quæritur; cur Judæorum gentem adeo ne-  
stariam ex toto deleri non vult Dominus, ut  
Nana \* sicut

PARS  
Cur in  
Apostolus  
sicut



gens non delata sed dispersa.

Resp. 1.

ficus de templo eorum non remansit lapis super lapidem, sic nec de ipsis reliquiae sint ad propagandam impietatem? Respondet, id nolle Dominum ob varias causas providentiae suae agnitas; nos autem probabiliter aliquas conicere possumus.

Primò, id non vult Deus propter pia merita Patriarcharum, Prophetarum, & Apostolorum Christi, qui secundum carnem ex illo populo sunt progeniti. Adhuc ergo memor est Dominus prae illius gratia: quam obtinuit haec gens, ut peculiaris Dei populus dilectus & electus existeret; & hujus rei optat eos esse memores, sicque peccatum suum agnoscere, & ad Deum suum reverti. Tandem verò in fine saeculi, non obstante eorum ingratitude & cecitate, recordabitur Dominus misericordiae suae, & suscipiet Israël puerum suum, restituet tribus Israël, eas ad se converteret, & aedificauitque Jerusalem caelestem, dispersiones Israël congregabit, ut restantur eloquia sacra. Frustra vero ipsi expectant Messiam suum quasi quodam temporali regno regnaturum, quasi venturum cum triumpho, pompa, aut magnificentia externa, aut armis victricibus orbem suo subiciat imperio. Male utique interpretantur oracula antiqua, quae asserunt regnaturum cum à mari usque ad mare, sessurumque super solum David, haec enim intelligenda sunt tum de regno spirituali per fidem & gratiam in Ecclesia nova; tum etiam de regno ejus consummato & perfecto post resurrectionem, quando sedebit non in Jerusalem terrena, sed in Jerusalem caelesti & superna, ubi regnabit super Israël in aeternum in pace opulenta & gloriosa.

Resp. 2.

Secundò, ideo voluit Dominus gentem illam non deleri, sed in omnes gentes dispersi, ut simili poena mulctaretur qua Cain, qui fratrem suum innocuum Abelem nefarie peremit. Sic enim & Judaei Christum innocentissimum Abelem impiè interfecerunt, ideoque sicut Cain vagi sunt & profugi super terram. Sicut autem in Cain Dominus signum posuit, ut non interficeretur: ita Dominus reliquit adhuc eis varia signa, scilicet Circumcisionem, Sabbathi observantiam, Agni immolationem, azimorum, & similibus caeremoniarum observantiam, quibus ab aliis discernuntur populis. Ac quidem per diuinam providentiam non occiduntur, sed contemptibiles facti illuduntur, iridentur: interim in sua permanent cecitate, palpantes in meridie quasi caeci in caligine. Sic adimpletur illud, *Pervertit te Dominus amentia. Et cecitate, Et serore mentis, ut palpes in meridie sicut caecus palpare solat in tenebris, ut non dirigas vias tuas.* Adimpletur quoque illud quod ibidem adjicitur: *Eris in proverbium ac fabulam omnibus populis ad quos te Dominus introduxerit.* Ergo hic videtur esse Prophetia de dispersione ignobili, & contemptibili populi Israelici, de qua etiam rectè intelligitur illa Davidis, Prophetica praenunciatio in persona Christi Domini: *Dans offendit mihi super inimicos meos: ne occidam.*

Psalm. 39.

eos, ne quando obliviscantur populi mei: Disperge eos in virtute tua. Et dispone eos protector meus Dominus. Hunc enim locum interpretatur sanctus Augustinus de Judaeis erudite, & discrete, in enarratione sua in Psalmum 89.

Resp. 3.

Tertio, ideo noluit Deus gentem illam deleri, ut sint sibi testes suae reprobationis, nobis autem proficiat ad exemplum eorum incredulitas & calumnias. Dubium enim esse non potest quin graviori aliquo scelere sese obtinuerint, quam Patres eorum, quando quidem illos sepe liberaverit Deus clamantes ad se, dicente Propheeta: *Clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, Et de necessitatibus eorum eripuit eos. Eduxit eos de tenebris Et umbrae mortis, Et vineula eorum diripuit.* Patuit id in captivitate Babylonica, & servitute Aegyptiaca. Adhaec per annos mille sexcentos derelicti sunt; ergo gravius aliquod crimen commiserunt, quod procul dubio non potest esse nisi scelus interemptionis Christi. Promiserat enim olim se rediturum captivitatem eorum de cunctis locis; si modo legem servarent. Nunc autem legem Moysi observant, nec idola colunt, & tamen non liberantur nec reducuntur à sua dispersione. Quid igitur obstat? Sanguis scilicet Christi per eorum Patres effusus, quem etiam filius suis superinducunt, dum clamaverunt: *Sanguis ejus super nos Et super filios nostras.* Sed ideo hic sanguis non eluitur, quia patrum criminis se reddunt consortes, illudque haec Deus approbare censetur, dum nolunt eum agnoscere, qui ipse ut Redemptor & Messias missus fuit, antea promissus. Sicut ergo Patres eorum Christum occiderunt, sic & hi oderunt; sicut illi manu, sic & hi corde eum persequuntur; ita ut possit dicere, *odio habuerunt me gratis.* Gratis quidem, quia nihil mali illis fecit, nec odii causam; quinimo dilectionis fomitem ministravit; ipsi autem retribuunt mala pro bonis. Gratis quoque, quia nihil profecerunt, sed contra stimulum calcitrant praedurè & inanis; sed eoque non commodum, sed gravissimum damnum important, quod adhuc modo pensant coguntur. Sic nimirum ipsi nobis sunt in sua perdurante calamitate iuge correctionis exemplum, ut caveamus, ne & nos facidamus in incredulitatis flagitium, & simile supplicium subeamus ac opprobrium propter ingratitude in Dei filium.

Psalm. 106.

Mat. 17.

Joan. 15.

Resp. 4.

Quarto, noluit Deus gentem illam delere, ut per eam in fide Christi confirmaremur: dum enim dispersi custodiunt libros legis & Prophetarum, velint nolint, fidem nostram confirmant; nam ex ipsis eorum libris ea quae nostrae sunt fidei adversus eos comprobamus. Et ipsi Gentiles vident aperte non esse signenta Christianorum quae à Christianis de Christo edocentur, sed longe ante Prophetata fuisse, & nunc impleta. Audi sanctum Augustinum haec de re in Psalm. 89. ubi dicit Psalmes: *Disperge eos in virtute tua Domine.* Sic hunc versum interpretatur sanctus Augustinus. *Iam in Psalm. 89 factum.*

Iam in Psalm. 89 factum.



factum est : per omnes gentes dispersi sunt Iudaei, ut resisterent iniquitati suae & veritati nostrae. Ipsi habent codices de quibus prophetae est Christus, & nos renemus Christum. Et si aliquando aliqui pagani dubitaverint, dum ei allegamus prophetias de Christo, & obsequerentur putans à nobis conseriptas, de codicibus ipsorum Iudaeorum probamus. Hæc sanctus Augustinus. Sicut ergo servi post Dominos codices ferunt quorum pondere ipsi deficiunt, sed Domini legendo proficiunt: ita Iudæi sacros libros portant quibus onerantur, sed Christianni illis erudiuntur, & Gentiles convertuntur.

Tandem vero Christus regnum suum consummaturus profugos Istaël ad fidem revocabit, & convertet per Enoch & Eliam; & tunc eis manifestabitur Arca quam abscondit Hieremias, & dicit ignotum: scire locum, donec congreget Deus congregationem populi sui, & propitius fiat. Quod de fine mundi intelligunt S. Epiphanius, & S. Dorotheus Martyr, & alii. Manifestabitur autem tunc, ut certius Iudæi converti cognoscant se in Christum credendo veteres Patriarchas & Prophetas imitari, & veros esse Abraham filios Moysi que discipulos, cum viderint Jeremiam Prophetam suo tempore impleram, & sic Arcam habere, quæ majores sui caruerunt.

Tunc ergo suscitabit tribus Iacob, & facies Israel convertentur, sicut loquitur Propheta Isaïas Accendite, ô Iudæi profugi, quomodo vos hic vocet: Propheta nobilis de genere vestro. Ipse vocat vos facies Israel. Facies vocat, quia in peccatis vestris putidus, quasi in luto facis in fixi hæretis. Facies vocat, quia tamquam sordes & facies fætidæ dispersi estis super terram, ab omnibus viles habiti & conculcati. Facies denique vocat, quia de omnibus prærogatis vobis à Deo olim concessis nihil habetis reliquum nisi facies & reliquias quasdam fætidæ. Proiecit dominus sercus, solemnitate vestrarum, inquit Dominus. Qui vobis de lege nunc restat? Ubi sacrificium? Ubi sacerdotium de tribu Levi? Ubi sceptrum & regnum? Ubi templum? Si quid vos existimatis de his habere adhuc nunc; reliquias insundat sunt, facies sunt. Quid ita? Quia evacuatum est vinum, evacuata lex vestra, per Christi adventum; templum vestrum dirutum est, nec ultra poterit reedificari.

Audiamus Nicephorum. Cum Iudæi summo studio instruerent templum Ierosolymitanum permissu Juliani à postatâ incumberent, ut pristinum Iudæicum ritum renovarent, reliquias structuræ veteris ex imis fundamentis effoderunt, & ita repurgant, & nec lapis super lapidem maneret iuxta divinum oraculum. Postmodum ut primum jacerent fundamentum advenientes, terræ motus ingens ortus ex ipsis fundamentis lapides excussit, & non paucos ex Iudæis eiecit, qui vel ad operis spectaculum venerant, vel structuram ipsam curabant. Adificia enim templi vicina cum impetu collapsa multis fuisse sepulchra. Alii fugere ten-

tantes semineces jacere, alii mutilati fuere membris ex clade. Vix conquieverat terræ motus, & qui reliqui erant, opus rursus aggrediuntur, ut perficerent quod cupiebant, & inevitabilem indignationem quæ ex necessitate imperialis constitutionis eis imminerebat, effugerent. Sed ignis ex ipsis fundamentis exiliens, alius item de caelo imminens, plures quam antea consumpsit. Igne porro cælitus demisso, mallei, scalptra, ferræ, securæ, alia, & quæcumque ad ædificationem operari compotaverant, celeriter in cinerem sunt redacta. Iudæi vero maximo pavore correpti, etiam inviti Christum verum Deum esse sunt professi; sequi tamen eum nolentes, in errore adhuc Iudæico conquieverunt. Sed & aliud accessit miraculum prioribus manifestius: nam proxima nocte sua sponte vestes eorum crucis signis radiorum instar conformatis sunt consignatæ. Illucescente autem de his visis, eluere & detergere crucis notas conati nihil potuerunt; nec id tamen eos ad fidem perduxit. Hæc ex Nicephoro.

Ex his patet Judaica perfidia & cæcitas, quam merito deplorat Christus in hoc Evangelio; pro qua etiam sananda orare solet specialiter Ecclesia sancta Dei, obsecrans Dominum Jesum Christum, ut auferat velamen à cordibus eorum, ut semet omnino impedimento lucem videant & Solem, qui oriens ex alto venit illuminare eos qui in tenebris & umbra mortis sedent.

DOM. X. POST PENTECOSTEN.

Duo homines ascendebant in templum ut orarent, unus Pharisæus, alter Publicanus. Luc. 18.

In die veneris sanctorum.

Lect. 16 tripart.

PARABOLIS & exemplis solitus fuit Dominus instructionem nobis dare. Unde cum exemplo De iactantia primus viduæ (quæ Iudæi importuna tandem impetravit) orationis decretum in favorem suum contra oppressores commendasset in oratione perseverantiam: postea Pharisæam visio. Pharisæa subiecit exemplum Pharisæi & Publicani, ut ostendat humilitatem necessario adnectendam orationi; superbiam vero omnem orationis evacuare efficaciam, eamque inficere, & Deo exorsam reddere. Sic igitur exorditus; Duo homines ascendebant in templum ut orarent, unus Pharisæus, alter Publicanus. Ubi in primis advertendum, templum orationi destinata esse & consecrata, ideo de his duobus dicitur, quod ascendebant in templum ut orarent: & quia Ierosolymitanum templum edito loco in monte Moria exedificatum erat, propterea ascendisse dicuntur in Templum, quo etiam loquendi modo insinuat neminem ad templum debere procedere, nisi ascendendo non tam gressu corporis, quam gressu mentis, quia omnis vera oratio mens est in Deum ascendit. Illa autem licet in omni loco fieri possit, in templis tamen, & ibi consecratis, ceteris partibus.

Templum orationi consecratis.

Nam 33

ribus